



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 101. Polonorum scriptum adversus Equites Teutonicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. CI.

Sæcul. XV.
A.C.1415.*Polonorum scriptum contra Equites
Teutonicos.*

In eadem sessione quidam ex Legatis Regis Poloniæ, nomine Paulus Voladimirus, ex mandato Domini sui Regis tractatum exhibuit, cui titulum inscripsit: *Demonstratio.* In eo adversus Equites Teutonicos probare moliebatur, quod ad convertendos infideles arma adhibere, aut sub hoc prætextu eorum bona invadere, Christianis licitum non sit. Hoc scripto Pontifices, & Imperatores fugillari videbantur, utpote qui Ordinis Teutonici Equitibus sub prætextu Infideles ad fidem Catholicam convertendi, quicquid ab infidelibus occupare poterant, adjudicabant, quibus privilegii Equites ad congerendas divitias, & Imperii sui fines dilatandos abusi sunt. Paulus Voladimirus in suo tractatu monstrat, hoc æquitati naturali ac legi divinæ adversari, nec Cæsarum indultu, nec Pontificum Bullis honestari posse. Hæc scriptura in hoc Nationum consensu perfecta fuit, caussaque hinc inde agitata, sed indecisa permanfit. Cum vero Imperator, & Galli condemnationem propositionum Joannis Parvi acrius urgerent, Nationes desuper

*Idem to. 3.
p. 9. 10.*

per

Sæcul. XV. per deliberabant, hocque negotium in
A.C. 1415. sessione sequenti terminandum, & saltem
 primam propositionem, presso cujusvis
 nomine, damnandam esse decernebant.

§. CII.

Sessio decima quinta.

Labbe Conc. Die decima sexta Julii hæc sessio, ordi-
to. 12. p. 121. ne decima quinta, habita est; Car-
 dinalis Vivariensis more solito ei præfuit,
 præsentate quoque Imperatore. Archiepis-
 copus Gnesnensis sacrum fecit, Episcopo
 Laudensi orationem dicente in hæc ver-
 ba D. Pauli ad Rom. 6. v. 6. *Ut destrua-*
tur corpus peccati. Qua finita Archiepis-
 copus Rigensis Joannem Hussum e suo
 carcere traxit, Concilio præsentandum,
 coram quo per quatuor Episcopos Natio-
 num deputatos, & unum Auditorem Ro-
 tæ sistebatur, ut ad decretoriam conde-
 mnationis sententiam procederetur.

§. CIII.

Decretum Synodi silentium impe-
rantis.

Ibid. p. 122. Antequam Judicii acta perlegerentur,
 & sententia pronunciaretur, Episco-
 pus Concordiensis legit decretum, quod
 præcepit *sub pœna excommunicationis latæ*
sententiæ, quam contravenientes incurrerent
 ipso